



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

LIX. De filiis Nobilium vel pauperum quomodo offerantur. Qualiter offerri proles, quæ munera ferri Congruat, ecce parens dives, opúmque carens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

- aa) *Id est, schedulam professionis.*  
 bb) *Hoc est, de Altari accepit.*  
 cc) *Ad illum convincendum.*

13. APRIL. 13. AUG. 13. DECEMB.

CAPUT LIX.

*De filiis nobilium vel a pauperum,  
 quomodo offerantur.*

**S**iquis fortè de nobilibus offert *b* filium suum Deo in Monasterio, & ipse puer minori est ætate *c*, parentes ejus faciant petitionem *d* quam suprâ diximus; & cum oblatione *e* ipsam petitionem & manum pueri involvant pallâ *f* Altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis aut in præsentî petitione promittant sub jurejurando, quia *g* nunquam per se, nunquam per suffectam *h* personam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant *i* occasionem habendi *l*: Vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynam Monasterio pro mercede suâ; faciant ex rebus, quas dare volunt

Mo-

Mon  
 bi,  
 Atqu  
 suspi  
 dece  
 quoc  
 auter  
 ex to  
 tion  
 rant  
 a) S  
 b) I  
 in  
 m  
 n  
 c) E  
 ex  
 B  
 d) l  
 n  
 lo  
 j  
 e) t  
 c

Monasterio, donationem *m*, reservato si-  
 bi, si ità voluerint, usufructuario *n*.  
 Atque ità omnia obstruantur *o*, ut nulla  
 suspicio *p* remaneat puero, per quam  
 deceptus perire *q* possit [quod absit]  
 quod experimento didicimus. Similiter  
 autem & pauperiores faciant. Qui verò  
 ex toto nihil habent, simpliciter *r* peti-  
 tionem faciant, & cum oblatione *s* offe-  
 rant filium suum coram testibus *t*.

a) Sumitur iterum copulativè pro Et.

b) Id enim licere patri, eoque mortuo tutori,  
 imò & matri non repugnante patre, est com-  
 munis DD. id probantium ex Jure Cano-  
 nico, ex praxi, ex dominio in filios.

c) Etiam si necdum rationis compos, ut patet  
 ex c. 63. Regulæ, & exemplo Samuelis,  
 Bmæ Virginis, aliorumque Sanctorum.

d) Quam Bern. Cassinensis accipit secundum  
 literam; Smaragd. verò, Paulus Diaconus  
 & alii pro formâ quâdam professionis  
 loco pueri emissâ, idque propter verba sub-  
 juncta.

e) Scil. panis aut vini, vel luminis, aut al-  
 terius elemosyæ pro templo. Ex Boerio  
 & aliis. f) Bern.

- f) Bern. Cassin. intelligit sacram in Altari, Boërius pallium dependens ante Altare, Paulus Diaconus verò tobaliā, in quā olim portabatur calix ad Altare.
- g) Vel quòd.
- h) Id est, substitutam. Quod minùs intelligentes RR. permulti legunt, suspectam.
- i) Hoc est, dare aut tribuere velint.
- l) Intellige, aliquid proprium sinè licentiā.
- m) Quæ describitur pactum, quo gratis & liberaliter aliquid confertur alteri, nullo ad id cogente jure. Ex communi DD.
- n) Seu usufructu, qui est jus utendi ac fruendi alienis rebus salvā earum substantiā. ex l. i. ff. de Usufr.
- o) Sive præcludantur.
- p) Reservata scil. aut repetendæ hereditatis.
- q) Hinc inferunt quidam, non licere tali puero ad annos discretionis pervenienti redire ad sæculum, idque satis conformiter Juribus ac Scriptoribus antiquis; RR. tamen Canonistæ ac Theologi passim tenent contrarium.
- r) Id est, sinè prædicto juramento ac donatione.
- s) Ad hanc enim tenebantur etiam pauperes

*in Veteri Testamento, ut legere est Levit. 12.*

*t) Pro majori firmitate.*

14. APRIL. 14. AUG. 14. DECEMB.

CAPUT LX.

*De Sacerdotibus, qui voluerint habitare in Monasterio.*

**S**iquis de ordine Sacerdotum in Monasterio se suscipi rogaverit, non ei quidem citius *a* assentiatur; tamen si omnino perstiterit in hac supplicatione, sciat se omnem Regulæ disciplinam servaturum. Nec aliquid ei relaxabitur *b*, ut sit, sicut *c* scriptum est: Amice ad quid venisti *d*? Concedatur ei tamen post Abbatem *e* stare, & benedicere *f*, aut Missas tenere *g*, si tamen jusserit Abbas: sin aliàs *h*; nullatenus præsumat, sciens se disciplinæ regulari subditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Et si fortè ordinationis *i* aut alius rei causâ fuerit *l* in Monasterio, illum locum *m* attendat, quando ingressus

fus